



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina**

**Pirhing, Ehrenreich**

**Dilingæ, 1690**

§. III. An Episcopus præsentatum à Parocho ad titulum suæ Ecclesiæ ordinandum, irrequisito patrono, admittere possit, ac debeat.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

senfus in hoc casu tantum accidentaliter requiritur.

Episcopis autem, ratione suæ dignitatis Episcopalis, donari potest jus patronatus, quod habent patroni in Ecclesijs, sive in aliena diœcesi sit illæ sint, sive in propria diœcesi, ita ut ab Episcopo diœcesis, vel ab illo, cui institutio specialiter iure convenit, institui debeat in Ecclesia tali, qui ab Episcopo, cui jus patronatus donatum v. g. fuit, presentatus fuit, vel si in sua diœcesi sit, beneficiu tale, vel talis Ecclesia, & ad hunc ipsum Episcopu institutio pertineat, confundetur cum institutione collatio, ita ut talem Ecclesiam liberè conferre possit Episcopus, cui voluerit, absque alia presentatione, ut sumitur ex c. *significasti* 18. h. 2. nisi compatronum in ordine ad talem Ecclesiam habeat Episcopus, cuius presentatio expectari debet.

### §. III

*An Episcopus presentatum à Patrone ad titulum suæ Ecclesiæ ordinandum, irrequisito patrono, admittere possit, ac debeat.*

**R**esp. posse & debere taliter ad ordines à Rectore patronatæ Ecclesiæ, nihil consentiente Patrono, presentatum, admittere & ordinare Episcopum, ita tamen, ut nullum exinde fiat patrono præjudiciu, sed possit hic, ubi Ecclesia patronata vacaverit, quemcumque alium presentare, sed soli rectori patronatæ Ecclesiæ incumbat, sustentationis media ex suo beneficio subministrare ad ordines presentato, donec de

beneficio provisorio huic fuerit, in omnia colliguntur ex c. *postulasti* 10. h. 1. sicut tamen taliter presentatus Clericus Ecclesiæ illi servire debet, à qua sustentationis media accipit, dum vivit Rector, qui eum presentavit, ita post mortem huius Rectoris, nec ad ulteriorem sustentationem presentari tenetur benefactor, nec ulterius ad servitiu illi Ecclesiæ præstanda tenetur taliter ordinatus. hinc Episcopus diligenter attendere debet, utrum beneficium, ad quod ordinatur, tam pingue sit, ut duobus incrementa præstare possit, & unde post mortem huius Rectoris alimetur sit habiturus, qui ad talem presentatus fuit ordinatus.

### §. IV

*Qualem præterea presentatum habeat Episcopus, vel non habeat, in Ecclesijs, & beneficijs patronatis.*

**E**piscopi presentatos à patrono debent prius in Ecclesia tali sustentare, nisi prius, intra tempus ab Episcopo præfixendum, congrua sustentatione major, vel minor pro diversitate locorum onerum) fuerit presentato, cum ipsis Episcopis, assignata, de rebus talis Ecclesiæ, ita, ut si presentatos assignare intra præfixum tempus non poterint, presentati non admittere debent Episcopi, & ad ipsos devolvatur presentationis taliter instituto assignande libertas, in poenam scilicet negligentie, præterea assignationis huius iure privari, prout sumitur ex *Clement. 1. h. 1. quod si tamen principalis patronus Ecclesiæ*